Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Nam & punitionibus & plerumq; casu & mortibus sepe et non nūq; scelere contingunt: & optantur ab his: qui eas iam tenent: Quid regnum ipsum: Ne id quidem: Non cuncti homines regnare possunt: & necesse est uniuersos suimi boni capaces esse: Queramus igitur aliquid quod ppositum sit omnibus: Nam uirtus: Negari non pōt: qui & bonū sit: & omnū certe bonum: Sed si beata esse non pōt: quia vis & natura eius in malorū pferentia posita est: non est profecto summū bonum: Queramus aliud: At nihil uirtute pulcrius: Nihil sapientia dignius inuenirī potest: Si hanc vitam ob turpitudinem fugienda sunt: virtus appetenda est ob decorem: Quid ergo: potest ne fieri: ut quod bonum: quod honestum esse constet: mercede ac premio carat: licq; tam sterile: ut nihil ex se comodi pariat: Labor ille magnus & difficultas & eluctatio adūsus mala: quibus hec vita plena est: aliquid magni boni pariat: necesse est: Id vero quod esse dicemus: Num voluptatem: At nihil turpe ex honesto nasci pōt: Num diuitias: Num pātes: At ea quidem fragilia sunt & caduca: Num honorem: Num memoriam nōis: At hec omnia non sunt in ipsa uirtute: sed in aliorū existimatione, atq; arbitrio posita: Nam sepe uirtus & inuisa est: & malo afficitur: Debet autem id bonum: quod ex ea nascitur: ita coherere ut diuelli ac distrahi negat: Nec aliter summū bonū uideri pōt: q̄ si & ppū sit uirtutis: & tale: ut neq; adici quicq̄ neq; detrahi possit: Quid q̄ in his omnibus contēpnendis virtutis officia consistunt: Nam voluptates opes potentias honores eaq; omnia q̄ pro bonis habentur: nō cupiscere: non appetere: non amare: quod ceteri faciūt uiri cupiditate: id est profecto uirtus: Aliud ergo sublimius atq; pclarius efficit: Nec frustra his pūtibus boni reluctantur: nisi q̄ maiora & meliora desiderant: Non desperemus inuenirī posse modo uerset se cogitatio in omnia: Neq; in leuia aut ludicra petuntur premia: —

Sed q̄rit̄ quid sit: propter quod nascimur: quid efficiat uirtus possimus sic inuestigare: Duo sunt ex quibus homo constat. Animus & corpus: Multa sunt ppe animi: multa ppre corpis: multa utriq; cōia: sicut est ipsa uirtus: q̄ quotiens ad corpus refertur: discernendi grā: fortitudo nominatur: Quoniam igitur utriq; subiacet fortitudo. utriq; proposita dimicatio est: & utriq; ex dimicatione uictoria. Corpus quia solidum est: & cōprehensibile: cum solidis & cōprehensibilibus conflligat: necesse est: Animus autē quia tenuis est: & inuisibilis: cū his congreditur hostibus: qui uideri tangiq; non possunt: Qui sunt tamen hostes animi: nisi cupiditates uitia peccata. Que si uicerit